

VII. Quæ definitio, nisi studio vel tricari velis, vel cœcuti-
re, nihil habet vel ambiguitatis vel obscuritatis vel difficultatis.

VIII. Quo quid majorem cum fundamento fidei & sa-
lutis connexionem habet, eo necessarius magis illud est &
fundamentalior fidei articulus; quo magis recedit, eò mi-
nus habet necessitatis.

IX. Quo magis directè vel fundamentum vel articuli
fundamentales convelluntur, eo gravior hæresis est, quo
minus, eò tolerabilior.

X. Ut mos hæresin cuilibet dissentienti sine gravi causa
imputandi, planè detestabilis est & Ecclesiam præsentissi-
mo excidio exponit: ita conatus, errores quoslibet vel diffi-
mulandi vel excusandi, non levius eidem creat periculum.

XI. *Non minori diligentia forma sanorum verborum,
quam ipsa sincera doctrina firmiter retinenda est.* Formula
Concordiæ.

XII. Pertinacia ad formam hæretici refertur, quâ is
dignus redditur, ut ab Ecclesiâ excludatur.

Disp. VII.

De

Essentiâ Divinâ.

I.

DEum definiri & non definiri posse, controversia est,
in merâ ἀνομοκαχία & diversâ definitionis acceptione
consistens.

II. Negativa tamen, ut omnis exulet offensio, præfe-
renda est affirmativæ, nec hæc defendenda est unquam.

III. Essentia Divina una est, unitate numericâ & sin-
gulari.

IV. Digna est ingenio Böhmiâno DEI descriptio per æ-
ternum nihil: & æqvè tenebrosa sectatorum ipsius interpre-
tatio, quod DEum concipere absque respectu ad creatu-
ram, sit nihil concipere.

V. Notitia DEI naturaliter insita est perfectio habitua-
lis, quâ quamprimum terminos intelligit homo, naturali

non